

sunt nominandi fratres, vel consanguinei, vel consobrini: allegat authent. quib. mod. natur. efficiant. sui, cap. fin. et dicit esse de mente Dini in suo tractat. de succes. ab intest. column. 1. et quia sublato fundamento corrumpit ædificium, cap. cum Paulus, l. quæst. 1. cui in hoc ibi assentit Bologninus, et subdit Mathesillanus inferens, quòd sicut natus ex damnato coitu Bertæ non potest succedere filio legitimo et naturali dictæ Bertæ, qui sibi est frater uterinus, ita è contra ille legitimus non poterit succedere huic: et cum dictis Mathesillani transit etiam Angel. de Arctiu. in §. vulgo quæsitus, Instit. de succes. cognat. hoc etiam tenet Alexand. plenè tractans, 3. volum. consilior. consil. 174. incipit: super eo, de quo quæritur, et aliqui alii relati à Math. de Afflict. decis. 96. quibus etiam ipse adhæret: tenuit etiam Joan. de Ana. consil. 93. Abb. consil. 50. in 2. volum. Decius consil. 311. col. 1. Aimon. consil. 38. col. 3. Contrariam tamen partem tenuerunt quamplures alii relati in decisione, de qua supra Math. de Afflict. Joan. S. Petrucii de Monte Sperello, in l. si qua illustris, C. ad Orficiam. cujus fundamentum videbis in dict. decis. et perique alii, et Nicol. de Ubal. in suo tractat. de succes. ab intestat. ut et dixi supra l. proxima: tenet etiam Philipp. Corneus in dict. l. si qua illustris, et consil. 21. 1. volum. et cons. 234. column. pen. 4. volum. Curtius Junior. consil. 125. et secundum istam opinionem dicit fuisse iudicatum in Consilio Neapolitano dictus Matthæus: et Doctores in hoc sunt ita varii, quòd non facitè perpendes, quæ sit communis opinio. Lex ista Partitarum pro nulla existis partibus adstringit, cum loquatur de filio naturali, in quo nulla est dubietas inter Doctores: et quòd ista lex non loquatur de filio ex damnato coitu, patet cum dicit: non auendo filios, non nietos, non matrem. Cum enim præsupponat, quòd mater præfertur fratribus in successione filii, constat, quòd loquitur de naturali filio, et non ex damnato coitu; nam tali filio ex damnato coitu mater non succederet, ut supra l. proxima. Tu cogita, quæ opinio prædictarum sit verior, quia certè punctus iste indigeret regia declaratione, quia pro utraque parte fundamenta sunt satis urgentia; et dde, quòd etiam illam partem quòd inter se succedant. licèt sint ex damnatio coitu, tenet Ludovic. de Sardis in suo tract. legitimatum, cap. sequitur de successione spuriorum, versic. 7. quæritur, tenet etiam insignis Doctor Andr. de Iser. in §. naturales, si de feud. fuer. contro. inter domin. et agnat. ad fin.

(2) De parte de su madre. Si tamen iste defunctus ex parte matris haberet fratres legitimos et naturales, fortè præferentur aliis naturalibus, argumento l. si qua illustris, C. ad Orficiam. et l. 9. in Ordin. Tauri, et infra ead. l. et tenet etiam Angel in authent. quib. mod. natur. efficiant. sui, in §. fin. vers. sed restat videre.

(3) Todo lo suyo. Si tamen haberet defunctus patrem, succederet ille in duabus uncis, et fratres uterini in omne reliquum, ut in authent. quib. mod. natur. efficiant. sui, in §. quibus, et tenet Mathes. in dict. tract. fol. 44. col. 3. vers. sed quid si in casu prædicto: et si supersessent defuncto duo fratres uterini, sed unus eorum est utriusque conjunctus, ille præfertur uterino ex matre tantum conjuncto, ut in authent. itaque, C. communia de succession. secundum eundem Mathesillanum ibidem, versic. tertio quid si superviveret, licèt conjunctus ex utraque parte non esset legitimus; quòd est notabile ad extensionem dictæ authenticæ secundum Bologninum ibi; et cum istis dictis Mathesillani transit Ang. de Arctiu. §. vulgò, Instit. de successione cognatorem, column. fin.

(4) Non heredaran. Concordat cum authent. quib. mod. natur. efficiant. sui, cap. filium, et l. si spurius, D. unde cognat.

(5) Estos atales. Nota hoc, quia reprobatur opinionem Gloss. in l. hac parte, D. unde cognati, quam dicit singularem Abb. consil. 30. column. 1. 2. vol. et Florian. in l. qui testamentum, D. de probation. cum qua transit etiam Bartolus in authent. quib. mod. natur. efficiant. sui, in §. si quis igitur, quæ glossa voluit, quòd filii naturales nati ex eodem patre et duabus concubinis, sibi invicem non succedant, licèt nascantur ex talibus concubinis diverso tempore retentis, prout etiam voluit Specul. et ibi Joann. And. in addit. in tit. succes. ab intestat. vers. quid de natis ex uno patre, ubi Joan. Andr. in addition. refert aliquos tenuisse contrarium, quorum opinio approbatur hic in ista lege Partitarum, quam tene menti; et istam etiam opinionem tenet Alberic. in l. humanitatis, C. de natur. liber. referens Speculatorem. ubi supra, ita tenere; sed si bene inspicias, contrarium, ut dixi, videtur tenere Speculatorem.

(6) Natural e legitimo. Facit ad id, quòd dixi supra in gloss. in

verbo de parte de su madre, et nota hoc, et adde Ang. in authent. quib. mod. natur. efficiant. sui, in §. fin. vers. sed restat. dicentem, quòd ubicumque de successione fraterna tractatur, ille frater præfertur, qui pluribus nexibus erit conjunctus, scilicèt nexu naturæ et nexu juris, quòd notat ad authent. itaque, C. communia, de succession.

(7) Los bienes de los legitimos. Concordat cum authent. quib. mod. natur. efficiant. sui, in cap. filium, ubi hoc in fortioribus terminis disponitur, etiamsi filius sit legitimus: adde etiam l. spurius, D. unde cognat. et limita, ut Instit. de serv. cognat. in l. responso. Quid tamen si tali fratri legitimo et naturali ex parte patris non supersessent alii fratres legitimi et naturales ex parte patris, vel uterini ex parte matris; an frater naturalis ex patre tantum ei succedat? Videtur, quòd sic, perinde sicut et ipse succederet naturali, ut supra ead. l. cum sit reciproca hæc successio, ut dixi supra eod. l. proxima.

(8) Parientes otros. Concordat cum dict. l. si spurius, et cum dict. cap. filium, in authent. quib. mod. natur. efficiant. sui, et §. vulgò, Instit. de succession. cognat. et §. novissimè, Instit. ad Orficiam. et collige ex his verbis, quòd filius fratris naturalis non succedet patruo, licèt ejus pater poterat succedere, ut supra dixi, ibi: ca estos atales; et sic erit ille casus specialis et exorbitans, et non extendetur ad filios fratrum respectu successionis patris, licèt desint fratres uterini; quòd nota.

(9) De parte de su madre. Ut in dict. l. si spurius, et iuribus, de quibus supra. An autem naturalis succedat matri vel cognatis matris in feudo materno? And. de Isern. dicit, quòd non, in dict. §. naturalis, per illum textum indistinctè loquentem; quòd et tu poteris inferre ad materiam majoriæ, ut neque filius naturalis succedat matri in majoria materna. Cogita tamen, et vide quòd habetur in cap. dicat aliquis, 32. quæst. 4. et quæ habentur in l. ex facto, §. si quis rogatus, D. ad Trebell.

TITULO XIV.

DE COMO DEUE SER ENTREGADA LA TENENCIA, O EL SEÑORIO DE LA HEREDAD DEL FINADO AL HEREDERO, QUIER LA DEMANDE POR RAZON DE TESTAMENTO, O DE PARENTESCO.

Entregada deue ser la heredad con todas sus pertenencias al heredero del defuncto, quier la gane por razon de testamento, o de parentesco. Ca, si de otra guisa lo fiziessen, auria el nome sin la pro. Onde, pues que en los titulos ante deste fablamos de los herederos, e de las naturas dellos, queremos aqui dezir destas entregas. E mostraremos, que quier dezir Entrega. E quantas maneras son de Entregas. E a quien tiene pro. E como deue ser fecha. E por cuyo mandado. E en que tiempo. E por quanto tiempo pierde el heredero su derecho, si lo non demanda.

TITULUS XIV.

LEY I. — Que quiere dezir Entrega, e quantas maneras son della, e a que tiene pro.

Entrega quiere dezir, como apoderamiento corporal, que rescibe el heredero de los bienes de la herencia que le pertenescen. E puedese demandar la entrega de tales bienes, en dos maneras. La primera es, quando el heredero demanda tan solamente la possession (1) e la tenencia de los bienes de la heredad. La segunda, quando demanda en uno la propiedad (2) e la possession della. E tiene muy grand pro tal entrega al heredero, porque gana luego el señorío (3) della, quando se faze con derecho. E aun, porque siempre es de mejor

TITULO XIV. LEY II.

LEY II. — Como deue ser fecha la entrega de la herencia al heredero, e por cuyo mandado.

Viniendo el heredero (1) delante el Judgador (2), e mostrando carta del testamento (3) en que era establecido por heredero: si tal carta fuesse acabada, o cumplida (4) assi como deue ser; e non fuesse rayda, nin cancelada (5), estonce, demandandolo (6) el, deuelo meter en possession (7) e en tenencia de los bienes de la heredad (8), e de todas las otras cosas (9) que el testador auia, e tenia a la sazón que fino. E non deue ser embargada tal entrega como esta, maguer aquel que fuesse tenedor de los bienes de la herencia, dixesse que aquel testamento era falso (10), o que aquel que lo mandado fazer, non auia poder de lo fazer (11), porque le era defendido, o razonasse alguno otro embargo (12) semejante destes. Fuera ende, si luego (13) quisier prouar lo que dize, sin alongamiento ninguno. Ca estonce, deuese detener la entrega, e oyrle, e rescebir las pruebas sobre esta razon. Pero si el heredero fuesse menor de catorce años (14), e demandasse tenencia (15) e entrega de los bienes de su padre (16), o de su auuelo; si aquellos que le quisieren embargar, dixessen que non era fijo, o nieto de aquel de cuyos bienes se querria apoderar, o que era sieruo (a), estonce non le empescen tales embargos (17) como estos; ante dezimos, que deue ser entregado (18) en aquellos bienes, e criarse en ellos (19) fasta que sea de edad de catorce años (20), e dende adelante le pueden mouer tales pleytos, si quisieren; e estonce aura el mejor entendimiento, e amigos (21) para amparar su derecho, lo que non podia auer ante deste tiempo. E esto que diximos, ha lugar, quando el fijo, o el nieto, demanda tan solamente la tenencia de los bienes que quiere heredar; mas si el demandasse la propiedad (22) de la herencia, estonce todas las cosas (23) que diximos de suso, que pidiesen contra el, deuelas el Juez oír, e examinar, e librar segun derecho sin alongamiento ninguno, ante que lo entregue de la herencia, que es assi demandada.

(a) Respecto á la esclavitud puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

LEX II. — Hæres ostendens coram iudice testamentum perfectum, non ratur, nec cancellatum, est statim mittendus in possessionem bonorum, quæ testator tempore obitus obtinebat: nec alius tenens potest hoc, aliqua ratione objectus in testamentum vel testatorem, vel alia simili superioribus, impedire; nisi statim probet ista impedimenta, tunc audiretur, nisi hæres petens dumtaxat possessionem sit impubes de descendentibus, contra quem filiationis vel status obiectio differtur usque ad tempus pubertatis; sed si proprietatem petat, non differtur, imo cognoscere debet iudex de ea quæstione. Hoc dicit.

(1) El heredero. Procedit etiam in instituto in re certa, non dato alio cohærede universali, secundum Gloss. in l. fin. C. de edict. Divi Adrian toll. de qua ista sumpta est, vel si datus repudiavit: quando tamen non repudiavit, tunc institutus in re certa non habebit beneficium illius, neque hujus legis, secundum Angel. et Salic. in dict. l. fin. et tradit Alexand. in l. quotiens, C. de hæredib. instit. et est verior et communis opinio contra Bartolum et Paul. in dict. l. fin. qui voluerunt, quòd et isto casu habeat beneficium illius legis. Quid autem si filius instituitur in legitima? Baldus in dict. l. fin. quæst. 1. voluit, quòd habeat hoc beneficium: cujus contrarium tenet ibi Alexand. col. 2. vers. juxta hoc quærit Baldus, ex eo, quòd legitima non sit quota hæreditatis, sed quota bonorum; quem videtur sequi De-

condicion el que tiene la cosa, que el que la manda, assi como diximos en la tercera Partida deste libro en el titulo de la Tenencia (4), en las leyes que fablan en esta razon.

LEX I. — Missio in possessionem dicitur dupliciter: primò cum quis petit possessionem: secundo cum petit simul possessionem et proprietatem; melius enim est possidere, quam à possidente petere. Hoc dicit.

(1) La possession. Per interdictum quorum bonorum, vel ex remedio l. fin. C. de edict. Divi Adr. toll. et infra eod. l. 2. et l. 4. tit. 14. lib. 3. Ordin. Regal.

(2) La propiedad. Per petitionem hæreditatis.

(3) El señorío. Sed nonne adita hæreditate statim sine apprehensione rerum hæreditariarum, transit dominium in hæredem, ut in Clem. exivi de paradio, vers. quia igitur, de verb. signific. et in l. cum hæredes, in princ. D. de acquir. possess. Cur ergo hic requirit traditionem? Potest dici, quòd licèt de jure civili ex additione hæreditatis hæres consequatur dominium, non tamen de jure gentium, nisi sequatur traditio, prout voluit Paul. de Castr. in dict. l. cum hæredes, in princ. D. de acquir. possess. et facit ad quæstionem, de qua ibi per Paul. et Alexand. cui tamen videtur contrariari Socinus cons. 120. col. 7. in 3. vol. vel dic, quòd in ista lege Partitarum non dicitur, quòd hæres jam hæreditatem adierit, et sic quòd velit, quòd etiamsi non antea adierit, per traditionem et apprehensionem rerum hæreditariarum acquirat dominium, et videtur adire, ut in l. 11. tit. 9. supra ead. Partit. vel dic, quòd tunc per additionem hæreditatis sine apprehensione transfertur dominium, quando defunctus habebat rerum hæreditariarum dominium; si tamen non haberet, sed haberet jus ad res hæreditarias, hæres adeundo non consequeretur plus quam defunctus habebat; sed tamen traditio facta, consequetur dominium, ut hic. Habes etiam hic, quòd possessio non transit, licèt adeatur hæreditas, ut habetur in dict. l. cum hæredes, in princ. et procedit, etiamsi ecclesia sit hæres, ut tradit Bald. in l. fin. col. 3. C. de sacros. eccles. et procedit etiam in suo hærede secundum Bart. in dict. l. cum hæredes, et Bald. in l. fin. column. 1. de edict. D. Adriani. toll. et in l. 1. in fin. C. de appell. et tenetur communiter, secundum Alexand. in dict. l. cum hæredes, procedit etiam, etsi fiscus sit hæres, secundum Bald. in cap. 1. quid sit investit. Item procedit, etsi colonus possideat rem hæreditatis, Gloss. et Bald. in l. cum notissimè, col. 2. C. de præscrip. 50. vel 40. annor. in §. sed cum illud, et ibi Baldus consultit hæredi, ne credat per detentionem coloni acquisitam sibi esse possessionem, sed quòd ipse apprehendat. Contrarium tamen videtur velle Paul. de Cast. notando ad hoc glossam l. in l. qui fundum, in princ. D. de usucap. pro empl. quòd per servos detinentes res hæreditarias, et sic etiam per colonos et inquilinos tempore, quo aditur hæreditas, hæres adeundo, non solum acquirat dominium, sed etiam possessionem, et quòd sic limitetur dicta l. cum hæredes, in princ. et dicit probari ex his, quæ habentur in l. qui universas, §. quod per colonum, D. de acquirend. possess. qui textus probat dictum Baldi. Sed si intelligas dictum Pauli, dum tamen colonus continuet possessionem nomine hæredis, procederet ejus dictum, ut probatur in dict. §. quod per colonum, et ibi tenet Alexander: et idem si hæres locaret fundum post aditam hæreditatem ante apprehensam possessionem, statim quòd conductor apprehendat rem, acquirat hæredi possessionem civilem et naturalem, ut in dict. §. quod per colonum, et vide Paul. de Cast. in l. si homo, D. de usucap. Et an hæres possit ratione juris patronatus presentare ante possessionem acquisitam? Bald. quòd sic, in l. fin. column. fin. C. de edict. Divi Adrian. toll. et sequitur Rochus in suo tractat. juris patronatus, chart. 28. column. 3. Adverte etiam, quòd benè poterit hæres propria auctoritate, si velit, accipere possessionem vacantem rerum hæreditariarum, secundum Bart. in l. fin. in vers. item extra glossam, C. de edict. D. Adrian. toll. et in l. ex facto, la 2. de hæred. institut. tenet etiam Bald. in dict. l. fin. column. 1. et in l. 3. C. famil. ercis.

(4) El titulo de la tenencia. Vide in l. 28. tit. 2. 3. Partit. et tit. 30. per totum.

cuis in dict. l. fin. col. 7. Similiter locum habebit hoc beneficium in fideicommissario, cui verho tantum est restituta hæreditas, secundum Bart. et communiter Doctores in dict. l. fin. et sequitur Decius, col. 7. Et idem videtur dicendum per II. regni, si hæres gravatus fideicommissio universali nolit adire, ut dixi in l. fin. in gloss. fin. tit. 5. supra ead. *Partit.* Sed an dabitur hoc remedium possessori, ut possessio confirmetur? Et dicit quod sic, secundum Cyn. et Bart. in dict. l. fin. Bald. in l. 1. C. de Carbon. edict. Guido Pap. q. 219. incipit. *edictum Divi*, et in q. 152. Decius in dict. l. fin. col. 14. et in dict. l. 1. et quæ tradit Alexander in l. cum hæredes, in princ. D. de adquir. poss. Habet etiam locum in substitutione directa vulgari, vel pupillari, Gloss. in dict. l. fin. super verbo *ex parte*, et tenet ibi Bartolus dummodo liquidatum sit, quod casus substitutionis evenit; et procedit etiam in tacita vulgari, vel pupillari, secundum Bald. in dict. l. fin. q. 1. et in l. 1. D. de his, quæ in testam. delent. cum quo transit Decius ibidem col. 8. defendens Baldum ab impugnatione modernorum aliquorum, qui tenuerunt in hoc contra Baldum; et hoc in materia favorabilis, prout est ista; in materia namque exorbitanti aliud esset, prout et voluit idem Bald. in cap. 1. de constitut. vers. *et ideo statuta*, Decius ubi suprâ. Datur etiam hoc remedium Episcopo, et executori testamenti pro pauperibus institutis, secundum Bart. in dict. l. fin. ubi et Bald. et Alexand. et alii etiam moderni; et per Bald. in l. si quis ad declinandum, col. 2. C. de Episcopis, et Clericis. Dabitur etiam patri pro hæreditate delata filio, ut et tradit Bald. in l. cum non solum, in princ. C. de bonis quæ liber. licet in hoc de patre et Episcopo contrarium voluit Angel. de Aretin. in §. substituitur, Institut. de pupill. substitut. per textum. in l. qui liberis, §. hæc verba, D. de vulg. et pupill. sed communis opinio est, quam primo dixi, ut tradit Decius in dict. l. fin. col. 8. ubi respondet ad dictum §. hæc verba. Datur etiam hæredi hæredis, ut Bald. in dict. l. cum non solum, et per Speculat. tit. de testam. §. sequitur, col. fin. vers. *sed pone*. An autem istud remedium detur venientibus ab intestato; et communis opinio est, quod non, ut concludit Alexander post alios in dict. l. fin. et communem opinionem sequitur Calder. consil. 56. in tit. de testam. Tu adde Bald. in cap. univ. de content. inter mascul. et femina. de beneficio, ubi et dicit, quod competit tunc officium iudicis filio, ut ponatur in possessione vacante, quia si filius est, ergo hæres, etc. unde idem operatur existentia sui hæredis, quod operatur tabulæ testamenti; quod dicit esse notatum dignum. De jure verò istius regni, per l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordinam. Regal.* non solum filio, sed etiam alteri successori ab intestato competit istud officium iudicis, et legis illius, quæ vulgo dicitur *de Soria*, remedium ad possessionem istam, quæ lex jubet in hoc summarie procedi. Dabitur etiam huius legis remedium præterito filio à matre, quæ non habuit facultatem mutandi testamentum, quia in puerperio decessit, iuxta casum, l. 5. C. de inoffic. testam. ubi hoc dixit Baldus. Quid autem si sub conditione sit institutus, an staute conditione possit uti isto remedio? Speculator dicit, quod sic, in tit. de testam. §. sequitur, per null. col. ad fin. vers. *quod si quis*, per l. si quis instituitur hæres, D. de hæredib. instit. et l. si sub conditione, D. de bonor. posses. *secund. tabul.* Sed an dabitur hoc remedium successoribus in majoria, et quando in testamento pater reliquit filio majori? Videtur, quod sic, quia divisio bonorum, quam pater facit inter filios, habetur loco institutionis, Bart. in l. Marcellus, §. quidam, D. ad Trebell. si autem succedatur in majoria ex dispositione inter vivos, dabitur remedium legis Taurinæ, et l. 7. lit. 4. 5. *Partit.* Et nota in hoc pulchrum dictum Archid. in cap. fin. 11. quæst. 1. col. 4. quod si duo contendunt de uno beneficio, et potiora jura apparent pro uno, quam pro alio, ille qui offert potiora jura, est in possessione mittendus, vel tuendus, allegat dictam l. fin. de qua ista sumpta est.

(2) *Judgador.* De competentibus intelligi, prout dicit l. fin. de qua ista sumpta est, ubi Glossa in verbo *competenti*, non ergo vicarii, et potestates castrogrum, qui non habent mixtum imperium, possunt favore istam missionem, sed recurrendum erit ad potestatem civitatis; et est bonus textus in l. ea quæ, §. magistratibus, D. ad municipal. ipsa tamen cognitio de mittendo in possessionem, fieri poterit à magistratibus municipalibus, secundum Bart. in dict. l. fin. per textum in l. cognitio, §. ut possessio bonorum, D. de officio ejus, cui mandat. est iurisdic. de quo miratur Paul. de Castr. ibi; et si bona sunt extra territorium, iudex territorii facit istam missionem ad requisitionem iudicis, qui pronuntiavit de mittendo, quando persona erat subdita iudici, qui pronuntiavit, secundum Bart. in dict. l. fin.

(5) *Carta del testamento.* An intelligatur de originali? Paul. de Castr. in dict. l. fin. in 2. notab. dicit, quod sic. Allegat Bartolum hoc dicentem in l. 1. §. si quis in duobus, D. de bonor. posses. *secund. tabul.* et de mente Bartoli videtur, quod non sufficeret exemplum testamenti, etiam in manu ejusdem notarii, quia posset esse originale cancellatum, et habere vitium, quod in exemplo non apparet, prout advertit Decius in dict. l. fin. col. 4. in 3. notab. qui tamen refert modernos ibi tenentes sufficere, si exemplum sit manu ejusdem notarii, qui scripsit originale, cum tale exemplum faciat fidem, secundum Bart. et Doctor. in authent. *si quis in aliquo documento*, C. de edend. et in l. si quis ex argentiis, §. Prætor, D. de edend. et fortè istud est verius, et ita servatur in practica; et facit ad hoc quod notat Bart. in l. Sempronius, D. de legat. 2. Et procedit hæc lex, necdum in testamento in scriptis, sed etiam in testamento nuncupativo, Gloss. in dict. l. fin. in verbo *depositionibus*, et ibi vide per Doctores, signanter Decium col. 41. et non oportebit probare de morte testatoris, sed satis est producere testamentum, l. 2. §. si dubitetur, D. quemadmodum testam. aperiunt. tenet Bartolus in dict. l. fin. ubi etiam Decius col. 8. respondet ad illud, quod præsumatur quis vivere usque ad centum annos. Sed quid si appareant duo testamenta eodem die confecta, et non constet de prioritate, et posterioritate? Glossa movet in dict. l. fin. et Bart. in l. 1. §. non autem, D. de bonor. posses. *secund. tabul.* et concludit, quod propter incertitudinem utrumque vitietur, nisi alter ex hæredibus possideret, quia in casu dubio et incerto potior efficitur, secundum Bartolum in dict. §. non autem, Doctores in dict. l. fin. vel nisi in altero testamento esset instituta pia causa, quia illud prævaleret Ludov. Roman. in repetit. authent. *similiter* in 12. speciali, C. ad leg. Falcid. Doctores moderni in dict. l. fin. imò, et præferretur alteri, licet possideat, quando talis possessio non esset intitulata, secundum Decium in dict. l. fin. col. fin. quod videtur indubium in questione proposita de duobus testamentis, quia alter possidens, de necessitate fatendum est, quod habeat possessionem titulata, et sic præferretur piæ causæ, et sic frustra in hoc videtur laborasse Decius. Limita etiam, nisi ambo hæredes concordarent, et unus cederet alteri, et renuntiaret jus suum, tunc non vitietur incertitudo, ut dicit And. de Iser. in §. præterea, la 2. column. 2. de prohib. feud. alien. per Frederic.

(4) *Acabada, o cumplida.* Cum sufficienti numero testium, ut in dict. l. fin. Item, et dicit quod sit perfectum ratione voluntatis, ut in l. si is qui, D. de testam. de quo dixi in l. 25. tit. 1.

(3) *Rayda, nin cancelada.* Et sic iudicatur de testamento, prout in prima figura apparet, vide Bald. in l. post divisionem, in princ. C. de juris et facti ignor. Quid autem si rasura non sit in loco substantiali? Alexander post alios in dict. l. fin. dicit, quod tunc impedit missionem, rejecta opinione Bartoli in l. si unus, C. de testam. indistinctè tenentis, quod rasura vel cancellatio testamenti habeat impedire istam missionem in possessionem; et opinionem Bartoli defendit Decius in dict. l. fin. col. 10. Sed potius mihi placet opinio Alexandri post alios, per textum in cap. ex liberis, de fide instrum. Item neque vitabit rasura vel cancellatio, si fiat manu notarii, et notarius de hoc attestetur, secundum Bart. in dict. l. fin. et in l. si unus, C. de testam. ubi et Alexander. Item non vitabit, quando ex præcedentibus et sequentibus colligatur, quod sic debet stare, Bart. in dict. l. fin. similiter non obstabit rasura, si instrumentum testamenti, vel aliud reperitur apud adversarium, secundum Bald. in l. 1. C. de fide instrum. et Alex. in dict. l. si unus: et adde ad ista, quæ dixi in l. 44. tit. 18. 5. *Part.*

(6) *Demandandolo.* Sufficit, quod viva voce petat, et quod in scriptura redigatur, secundum Paul. de Castr. in dict. l. fin. bonus textus in Clement. sæpè, vers. *verum, de verbor. signific.* et procedit etiam quando appareat contradictor, prout voluit Bart. et Paul. in dict. l. fin. licet Alexand. post alios ibi aliud velit; et cum Bartolo et Paulo tenet Decius ibidem, col. 9.

(7) *Develo meter en possession.* Et sic quoad istam missionem instrumentum testamenti habet executionem paratam, ut etiam notat Bald. in 3. notab. in dict. l. fin. An autem idem procedat respectu legatarii? Vide ibi per Jason. et Decium in 6. notab. et adverte, quod non requiritur citatio alicujus in ista missione, nisi illius qui possideret, secundum Bart. in dict. l. fin. et vide ibi per Decium, col. 10.

(8) *De los bienes de la heredad.* Quæ testator mortis tempore possidebat, ut hic, et in dict. l. fin. Quid autem si per testes probaretur,

quod testator possedit tales res, sed quod per tres vel quatuor annos, ante mortem testatoris alius tenuit easdem res; an fiet adhuc missio in talibus rebus? Alexand. cons. 53 incipit *ponderatis verbis*, col. fin. coosuluit, quod sic, quia cum testes deponant de antiquiori possessione testatoris, illa superveniens possessio in alium non obstat, ex quo præsumitur, quod dictus testator animo retinuit possessionem civilem, l. clam possidere, §. qui ad nundinas, de acquirend. poss. et l. si id quod, §. 1. eod. tit. ibique allegat decisionem quamdam dominorum de Rota: vide ibi per eum, et cogita super hoc.

(9) *De todas las otras cosas.* Videtur ex hoc, quod et si defunctus possidebat aliqua bona titulo majoriæ, quod etiam in illis hæres mitti debet in possessionem, prout etiam est in feudibus, secundum Bald. in cap. 1. in princ. vers. *quæro ergo, de success. feud.* vide §. inter filiam, si de feud. contentio sit inter domin. et agnat. et Bald. in cap. 1. de controvers. inter mascul. et femina. de benefec. quod videtur limitandum, nisi possessor sit ille, ad quem venit majoricatus, juxta notata per Bartolum post Dinum in l. si patroni, in princ. D. ad Trebell. Et quid si sint res incorporales, an in illis fiat ista missio, vide Bald. in dict. l. fin. q. 9. col. penult. et ibi vide de jure patronatus.

(10) *Era falso.* Concordat cum l. 2. C. de edicto Divi Adrian. toll. (11) *Non aua poder de lo fozar.* Adde dict. l. 2. et ibi Bart. et Doctores.

(12) *Otro embargo.* Non ergo admittitur exceptio defectus proprietatis, secundum Angel. in l. 2. C. eod. allegans Innoc. in cap. 2. de caus. posses. et propriet. nisi in continenti offerretur probatio, secundum eum, et probatur hic, tradit Decius in dict. l. fin. 9. notabil. Item neque quod filius fuit præteritus, ut in dict. l. 2. quod intellige, nisi ex ipso testamento constaret de vitio præteritionis, ut quia fuit in eo facta mentio de filio, non instituendo eum, ne ex hæredando: tunc enim ex tali vitio, cum sit visibile, impediatur missio secundum Bartol. in dict. l. fin. et tradit Decius ibi, col. 40. super gloss. in verbo *vitium*.

(13) *Luego.* Sequitur notata per Gloss. in dict. l. 2. et quomodo dicitur istud, statim declarat ibi Baldus in duobus locis, et tandem vult hoc iudicis arbitrio committi; et quando dicatur exceptio requirere altiore indaginem, vide per Bartolum in extravag. *ad reprehimendum*, in gloss. super *parce summariè*, col. 1. et id, quod non potest expediri propter iudicii brevitate, in alio iudicio est reservandum, secundum Bald. in l. si quis, C. de captiv. quod autem de facili potest liquidari, dicitur liquidum, vide per Baldum in tract. *prescription.* chart. 5. col. 4. et adde quæ notat Decius cons. 424. et Alexand. consil. 166. in 2. vol. et dicit Bald. in §. *insuper*, col. 2. de prohib. feud. alien. per Frederic. quod quando feloniam est visibilis, vel de facili probabilis, tunc vassallus non debet investiri; si verò invisibilis, et requirit altiore indaginem, tunc debet investiri. Sed cum hodie juxta l. Tauri, et Partiarum transferatur possessio majoriæ, si is in quem transferatur, non potuit propria auctoritate occupare, quia alius est in possessione, ne recurrit ad remedia possessoria, et præsentat instrumentum majoriæ; adversarius verò opponit contra majoriam aliqua, quæ requirunt altiore indaginem, dicens, quod omnia quæ detrahunt majoriæ, detrahunt possessioni, juxta ea quæ notat Bart. in l. 1. §. *parvi*, D. quod vi aut clam, textus et ibi Bart. in l. non putavit, §. non quævis, D. de bonor. posses. *contra tabul.* per Abb. in cap. *item cum quis, de restit. spoliator.* l. si in adoptionem, vers. *licet non jure scriptus*, secundum 1. lectionem, D. de bonor. posses. *contra tabul.* actor verò replicat, quod sicut obtineret ostendens testamentum prima facie validum et non suspectum, et reservarentur exceptiones requirentes altiore indaginem; sic debeat isto casu fieri. Cum dictæ leges potius condite fuerunt in favorem vocatorum ad majoriam, quam in damnum, credendum, quod per dictas II. non fuit sublatum remedium hujus legis, et l. fin. C. de edict. Divi Adrian. toll. cujus remedium competit etiam pro retinendo, secundum Gloss. et Doctores ibi; et bene facit dicta l. si in adoptionem, secundum secundam lectionem Glossæ, et planè procederet quando majoria probaretur per testamentum; si autem facta esset inter vivos, cogita et vide quæ notat Bald. in l. Marcellus, §. quidam, D. ad Trebell. et in cap. univ. de controversia inter mascul. et femina. de benefec. et Archid. in cap. fin. 11. quæst. 1. col. 4. et vide hodie declarationem novam super ista materia factam in bonis majoriæ.

(14) *Menor de catorze años.* Adde l. 7. tit. 22. et quæ ibi dixi, 5. *Part.* et de impubere dicit, quia puberi non datur l. 5. §. *puberi*, D. de Carbon. edict. existenti verò in utero datur alia bonorum posses-

sio ventris nomine, per quam providetur nascituro, l. 1. in princip. D. de vent. in posses. mittendo.

(15) *Demandasse tenencia.* Ex hoc verbo junctis præcedentibus probatur hic, quod ista bonorum possessio, de qua loquitur nunc ista lex in filio impubere (que latinè dicitur *Carboniana bonorum possessio*) detur etiam filio instituto à patre, cujus contrarium videtur disponi in l. 1. §. Pomponius, et in l. cum sine, D. de Carbon. edict. ubi habetur, quod filio instituto non datur Carbonianum, quia sufficit et honorum possessio secundum tabulas: dicit, quod illud procedit, quando non negaretur esse filium; si tamen negaretur, opponendo ei per successores ab intestato, quod non valet institutio, quia institutus est ut filius, et quod non est filius; vel allegaretur, quod est servus, et sic quod non potest habere hæreditatem, quia institutus est ut liber, tunc non cessabit, sed competit ei remedium Carbonianum ex constitutionibus, ut in l. 5. §. *quævis*, D. eod. saltem quoad differendum questionem in tempus pubertatis, ut ibi habetur, et ita vult Bart. in dict. §. Pomponius, et Clarius Bald. in l. C. de Carbon. edict. allegat l. 5. in princip. D. eod. et dict. §. Pomponius, quæ leges licet loquantur in posthumo instituto, idem dicendum in jam nato, cum negatur esse filium, cum sit eadem ratio; quod etiam ut tu vides, clarè probatur hic in ista lege Partiarum, et idem tenet Salicetus et Jason. C. de Carbon. edict. in rubrica. Conferat etiam, quia istud beneficium datur impuberi instituto ab extraneo, si ejus status revocetur in dubium, ut est de mente Bart. in l. 5. §. *missum*, D. eod. col. fin. et facit bene l. de bonis, in princip. et ibi Gloss. D. eod. quod procedit indubie, si tali impuberi instituto ab extraneo quæstio moveatur, possidente tali impubere, per l. si impubes, §. si pupillus, D. eod. et ibi Glossa.

(16) *De su padre.* Hoc dicit, quia in bonis matris non datur remedium Carbonianum, l. 1. §. et generaliter, et l. de bonis, D. de Carbon. edict. Gloss. in l. 1. in verbo *patris*, et Clarius Bald. et rationem tradit Jason. ubi suprâ, quæ est, quia cum dicta Carboniana bonorum possessio non detur ex hæredatis, ut in dict. §. Pomponius, et in l. qui de inofficioso, D. de inoffic. testam. et præterito matris habeatur pro exheredatione, ut in §. mater, Institut. de exhered. liberor. inferitur, quod non potest habere locum in bonis matris; ex qua ratione inferit Jason. ibi unum, quod dicit nunquam legis tactum ab aliquo, quod si mater instituisset filium impubere, cui moveretur quæstio status, tunc etiam in hæreditate matris haberet locum hoc remedium possessionis habendæ ex quod cessat dicta ratio, et quod ita limitatur dicta l. de bonis, §. 1. et insuper hoc dicit ostendi ratione, quia Carboniana competit illis, quibus competere tabulas, l. 1. in princ. D. eod. sed contra tabulas competit illis, quibus non petetur ab intestato bonorum possessio unde liberi in successione parentum, l. 1. §. recte, D. si tabul. testam. null. extab. Sed contra hoc instatur, quia contra testamenta feminarum non datur bonorum possessio contra tabulas, l. illud, §. ad testamenta, D. de bonor. posses. *contra tabul.* et sic non debet habere locum Carbonianum. Item etiam hodie in bonis maternis non datur bonorum possessio unde liberi, l. quotiens, et ibi Gloss. C. de legitim. hæred. Bald. in l. fin. column. 5. vers. *sequitur videre*, C. unde legitimi. Sed potest responderi, quod hodie jam dabitur bonorum possessio contra tabulas contra testamentum matris, cum hodie præterito matris non habeatur pro exheredatione, per cap. aliud quoque, in authent. *ut cum de appellat. cognos* et dixi in l. 1. tit. 7. ead. *Part.* ita tenet Angel. in l. 1. vers. 7. *regula est*, C. de Carbon. edict. et opinio Angeli est communis, prout attestatur Decius in l. posthumo nato, nom. 8. C. de bonor. poss. *contra tabul.* ubi Jason. col. 5. et 6. defendit istam opinionem Angeli, et per consequens dabitur Carbonianum, neque obstat ista lex Partiarum, quæ dixit, *de su padre*, nam suppleri potest, ut idem sit in matre, sicut etiam in l. 10. tit. 7. ead. *Part.* cum loquitur illa lex de præteritione, dixit de patre, et non est dubium, quin idem velit in matre; et videtur æqua ista opinio, et filius impuberibus favorabilis, ideo tene menti ad dictam l. de bonis, in princ. D. eod.

(17) *Tales embargos.* Concordat cum l. 1. D. eod. et l. 1. C. eod. de Carbon. edict. et adverte, quod probari videtur ex ista lege, quod petita bonorum possessio per filium impubere, si negetur filius, non est necesse, quod omittatur primum iudicium, et quod de novo detur libellus petendo per remedium Carbonianum, prout dicit Bart. in l. 5. §. *duæ*, col. 4. et in §. *missum*, D. eod. sed ex eodem iudicio consequitur fructus Carboniani edicti, replicando contra exceptionem quod quæstio status et bonorum differenda sit in tempus pu-